ut dum huius mundi viam currimus
Non duabus tunicas id est duplici veste utamur fide. Non calciamentorum pellib;
mortuis videlicet operib; praegravemur.
Non divitiarum nos pera ad terram premat
Non virga [illegible] potentiae saecularis
quaeratur auxilium. Non pariter
et xpm habere velimus et saeculum.
Sed pro brevibus et caducis aeterna
succedant, et cum cotidie secun
dum corpus loquor praemoriamur
in ceteris, Non nos per plura ad futura
memus ut possimus esse perpetui.

XLIIII **INCIPIT VITA VIRGINIS ASELLAE**

NEMO REPREHENDAT QUOD
in epistolis aliquos aut lau
damus aut carpimus. Cum
et in arguendis malis sit correptio
ceterorum, et in optimis praedicandis
bonorum ad virtutem studia conci
tentur. Nudius tertius de beatae
memoriae Lea aliquid dixeramus.
Illico perpungit animum et mihi venit in
mentem non debere nos tacere de vir
gine quid de secundo ordine castitatis
loquuti sumus. Igitur Asellae nostrae vita
breviter explicanda est, Cui quaeso
ne hanc epistolam legas, gravatur
quippe laudib; suis, sed his potius
quae adulescentulae es legere digna
re. Ut ad exemplum eius se instituentes
conversationem illius perfectae vitae nor
mam arbitrentur. Praetermitto
quod in matris utero benedicta est ante
quam nasceretur. Quod in fiala nitentis
vitri et omni speculo purioris patri vir
go tradita est per quietem. Quod adhuc in
fantiae involuta pannis et vix annum
decimum aetatis excedens honore futu
rae beatitudinis consecratur, sit gra
tiae omne quod ante laborem fuit.
Licet deus praescius futurorum et Hiere
miam sanctificet in utero et Iohannem in
alvo matris faciat exultare et
paulum ante constitutionem mundi sepa
ret in evangelium filii sui. Ad ea venio
quae post duodecimum annum sudore proprio
elegit, arripuit, tenuit, coepit, implevit.
Unius cellulae clausa angustiis latitudi
ne paradisi fruebatur. Idem terrae solum
et orationis locus extitit et quietis.
Ieiunium pro ludo habuit, inediam pro refectio
ne. Et cum eam non vescendi desiderium
sed humana fragilitas ad cybum traheret,
pane et sale et aqua frigida concitabat
magis esuriem quam restinguebat.
Et quia poene oblitus sum quod in princi
pio debui dicere, Cum primum hoc propo
situm arripuit, aurum colli sui quod mo
nilem vulgus vocat quod scilicet me
tallo in virgulas lentescente quae
dam ordinis flexuosi catena contexit
absque parentib; vendidit et tunicam
fusciorem quam a matre inpetrare non po
tuerat